

lius. In fraude circumvenientium illum affuit illi, & honestum fecit illum. Custodivit illum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum, & certamen forte dedit illi, ut vinceret, & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc venditum justum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit eum: descenditque cum illo in foveam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam adversus eos, qui eum deprimebant: & mendaces ostendit, qui maculaverunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Dominus Deus noster.

XXVIII. AUGUSTI.

In festo S. Augustini Episcopi & Confessoris, ac Doctoris Ecclesiæ.

Epistola: Charissime, Testificor coram Deo, de comm. Doctorem, pag. xv.

XXIX. AUGUSTI.

In Decollatione S. Joannis Baptistæ.

Lectio Jeremiæ Prophet.

IN diebus illis: Factum est verbum Domini ad me, dicens, Accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad Juda omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, super omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, & sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt adversum te, & non prævalébunt.

quia

quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.

XXX. AUGUSTI.

In festo S. Rosæ à S. Maria Virg. Limanæ. Epist. Fratres, Qui gloriatur, de comm. V. pag. xix.

XXXI. AUGUSTI.

In festo S. Raymundi Non-Nati, Conf. Epistola: Beatus vir, de communi Confes. non Pont. pag. xvi.

FESTA SEPTEMB.**I. SEPTEMBRIS.**

Sancti Ægidii Abbatis. Epist. Dilectus Deo, de comm. Abb. pag. xviii.

II. SEPTEMBRIS.

In festo S. Stéphani Reg. Hung. Conf. Epist. Beatus vir, de comm. Conf. non Pont. pag. xvi.

V. SEPTEMBRIS.

In festo S. Laurentii Justiniani Episc. & Confessoris, Epistol. Ecce Sacerdos magnus, de comm. Conf. Pont. pag. xii.

VIII. SEPTEMBRIS.

In Nativitate Beate Mariæ Virginis.

Lectio libri Sapientiae.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant: necdum montes gravi mole constiterant: ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat

Prov. 8. c

bat

bat cœlos, áderam: quando certa lege, & gyro valábat abyssos: quando æthera firmábat sursùm, & librábat fontes aquarum: quando circúmdabat mari términum suum & legem ponébat aquis, ne transirent fines suos: quando appendébat fundaménta terræ. Cum eo eram cuncta compónens: & delectábar per singulos dies, ludens coram eo omni témpore, ludens in orbe terrarum: & delíciæ meæ esse cum filiis hóminum. Nunc ergo filii audíte me: Beáti, qui custódiunt vias meas. Audíte disciplinam, & estóte sapientes, & nolite abjícere eam. Beátus homo qui audit me, & qui vígilat ad fores meas quotidie, & obsérvat ad postes óstii mei. Qui me invénerit, invéniet vitam, & háuriet salútem à Dómino.

DIE DOMINICA
Infraoctávam B. M. V.
In festo SS. Nominis B.
M. V. Epist. Ego quasi
vitis fructificávi, ut in festo
Commem. B. M. V.
de Monte Carmélo, die
xvi. Júlii, pag. 199.

INFRAOCTAVAM
Nativitátis Beátæ Mariæ
Víriginis, & in die Octáva
dicitur Epístola sicut
in die, pag. 215.

X. SEPTEMBRIS
In festo S. Nicolái de Tolentino.
Epistol. Fratres,
Spectáculum facti, de
commúni Confes. non
Pontíficis, pag. xvi

XIV. SEPTEMBRIS.
In Exaltatióne S. Crucis,
Epist. Fratres, Hoc enim
sentíte, sicut in festo In-
ventiõnis, pag. 185.

XV.

XV. SEPTEMBRIS.
In Octáva Nativitátis
B. M. V. Epist. sicut
in die.

XVI. SEPTEMBRIS.
In festo SS. Pontíficum &
Martyr. Cornélii & Cy-
priani. Epist. Justórum
ánimæ in manu, de com.
plurimór. Mart. pag. viii.

XVII. SEPTEMBRIS.
In festo Impressiõnis sa-
crórum Stigmatum in
córpoze beáti Francisci.
Epist. Fratres, Mihi au-
tem absit gloriári, ut in-
frà in ejus die festo 4. Oc-
tóbris, pag. 221.

XVIII. SEPTEMB.
In festo Sancti Joséphi
à Cupertino.

Léctio Epístolæ Beáti
Pauli Apóstoli ad
Corinthios.

FRatres: Si linguis
hóminum loquar,
& Angelórum,
charitátem autem non
hábeam, factus sum ve-
lut æs sonans, aut cym-
balum tinniens. Et si ha-
búero prophetiam, & nó-
verim mystéria ómnia, &
omnem sciéntiam: & si ha-
búero omnem fidem ita
ut montes transférám, cha-
ritátem autem non habúe-
ro, nihil sum. Et si distri-
búero in cibos páuperum
omnes facultátes meas,
& si tradidero corpus
meum ita ut árdeam, cha-
ritátem autem non ha-
búero, nihil mihi prodest.
Cháritas pátiens est, be-
nigna est: Cháritas non

1. Cor.
13.

Ee

æmu-

æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congauget autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas numquam excidit: sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.

XIX. SEPTEMBRIS.
In festo SS. Martyr. Januarii, & Socior. Epist. Fratres, Rememoramini, de comm. plurim. Mart. pag. ix.

XX. SEPTEMBRIS.
In festo SS. Eustachii, & Sociorum Mart. Epistol. Iusti autem, de comm. plurim. Mart. pag. viii.

In Missa Vig. S. Matthæi Apostoli, & Evangelistæ. Epist. Benedictio Domini, de Vigilia Apostolorum, pag. i.

XXI. SEPTEMBRIS.
In festo S. Matthæi Apostoli & Evang. Epist. Similitudo vultus quatuor, ut in festo S. Marci, xxv. Aprilis, pag. 182.

XXII. SEPTEMBRIS.
SS. Martyrum Mauriti & Sociorum ejus. Epist. In diebus illis: Respondit unus, de comm. plurim. Martyr. pag. xii.

XXIII. SEPTEMBR.
In festo S. Lini Papæ & Martyr. Epist. Charissimi, Beatus vir, de comm. unius Mart. Pont. pag. i.

XXIV. SEPTEMBRIS.
In festo B. M. V. de Mercède. Epistol. Ab ini-

tio,

tio, ex ejus Missa Votiva, pag. xxviii.

XXV. SEPTEMBRIS.
In festo S. Thomæ de Villanova Episc. & Conf. Epistola: Ecce Sacerdos magnus, de comm. Cnof. Pont. pag. xii.

XXVI. SEPTEMBR.
SS. Martyrum Cypriani, & Justinæ Epist. Fratres, Rememoramini pristinos, de comm. plurim. Mart. pag. ix.

XXVII. SEPTEMBR.
In festo SS. Martyrum Cosmæ & Damiani. Epistol. Iusti autem in perpetuum, de comm. plurim. Mart. pag. viii.

XXVIII. SEPTEMB.
In festo S. Wenceslai Bohemæ Ducis & Martyr. Epistol. Iustum deduxit Dominus, de com. unius

Mart non Pont. pag. iii.

XXIX. SEPTEMB.
In festo Dedicatiōnis S. Michaelis Archangeli. Lectio libri Apocalypsis Beati Joannis. Apostoli.

IN diebus illis, Significavit Deus, quæ oportet fieri cito, mittens per Angelum suum servo suo Joanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Jesu Christi quæcumque vidit. Beatus qui legit, & audit verba prophetiæ hujus: & servat ea quæ in ea scripta sunt. Tempus enim propè est. Joannes septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia. Grátia vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est: & à septem spiritibus, qui in conspectu throni ejus

Apo. 1.

Ee 2

sunt: